et faciens mirabilia.
Extendisti manum
tuam: et devoravit eos
terra Dux fuisti in misericordia
tua: populo quem re-
demisti Et portasti
in fortitudine tua ad
habitaculum sanctum tuum:
Ascenderunt populi
et irati sunt: dolores
obtinuerunt habitatores
philistiim Tunc con-
turbati sunt principes
edom: robustos moab
obtinuit tremor: ob
riguerunt omnes habi-
tatores chanaan Ir-
ruat super eos formido
et pavor: in magnitu-
dine brachii tui Fi-
ant inmobiles quasi
lapis donec pertranseat
populus tuus domine: donec

pertranseat populus tuus:
iste quem possedisti
Introduces eos et
plantabis in monte
hereditatis tue: firmis-
simo habitaculo tuo quod
operatus es domine Sanc-
tuarium tuum domine
quod firmaverunt manus
tue: dominus regnabit
in eternum et ultra In-
gressus est enim eques
pharao cum curribus
et equitibus eius in mare:
et reduxit super eos dominus
aquas maris Filii
autem israel: ambulave-
runt per siccum in medio
eius. A. In eternum dominus
regnabit et ultra. A. In sanctis
eius laudate deum. ps. Lau-
Deus Capitulum.
autem repleat